HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

# PROF. HEINRICH D. J. MEIBOM

| | |
|---|---|
| Fakultät | Medizinische Fakultät |
| Geboren | 1638 in Lübeck |
| Gestorben | 1700 in Helmstedt |
| Kurzvita | Med. ao. und o. Prof. in Helmstedt (1663–1700); Phil. Prof. d. Geschichte und Poesie in Helmstedt (1678–1700); |
| Studium in Helmstedt | Immatrikulation in Helmstedt: Henricus Meibomius Lubecensis (13.09.1655) |
| Ehefrauen | Anna Sophia Meibom geborene Daetria (01.01.1639–03.08.1727), Heirat 1664 |
| Porträt | HAB: A , 3793 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 154 f. |
| GND | https://d-nb.info/gnd/118732560 |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-146-meibom |

### Lehrstühle

1663–1700 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

1678–1700 Lehrstuhl für Geschichte / Poesie, Helmstedt

### Akademische Ämter

1675–1675: Universität Helmstedt, Prorektor

1681–1681: Universität Helmstedt, Prorektor

1683–1683: Universität Helmstedt, Prorektor

1685–1686: Universität Helmstedt, Prorektor

1687–1687: Universität Helmstedt, Prorektor

1693–1693: Universität Helmstedt, Prorektor

### Ämter

1663: Wolfenbüttel, Leibarzt v. Herzog August d. J.

### Vorlesungen (197)

Avicenna & Arabes alios inprimisque παθολογικlυύ Medicina explicet Clementissimo Domino Principi nostro vocandus nominatus est., Wintersemester 1594/1595

Henricvs Meibomivs D. simulac lectiones suas auspicatus fuerit, Osteologian publice proponet eaque occasione, quae de ossium fracturis luxationibusque in Chirurgia docentur, quomodoque vulnera capitis, cranijque fracturas curare operteat, latius explicabit. [...], Wintersemester 1663/1664

[...] Privatim vero auditorum suorum captus ipsi lex erit: quorum commodis ut inserviat, universam Anatomiam vel Chirurgiam succincte explicabit., Wintersemester 1663/1664

[...] privatim brevi inchoabit., Sommersemester 1664

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Henricvs Meibomivs D. Anatomicas Chirurgicasque lectiones continuabit. [...], Wintersemester 1664/1665

[...] Privatim quoque integram Anatomen succincte tradet, & occasione data, exercitia Anatomica instituet., Wintersemester 1664/1665

Henricvs Meibomivs D. integram humani corporis partium historiam proponet. [...], Sommersemester 1665

[...] Privatim Exercitia Anatomica, praeterito semestri inchoata ad finem perducet: dein integram Artem Chirurgicam per compendium tradet., Sommersemester 1665

Henricvs Meibomivs D. in historia partium humani corporis proponenda perget. [...], Wintersemester 1665/1666

[...] Privatim vel Chirurgiam tradet, vel, uti superiori hyeme, ad Anatomen ore manuque praeibit, discentium desideriis sese accommodaturus., Wintersemester 1665/1666

Henricvs Meibomivs D. cum ad finem jam perduxerit omnium humani corporis partium historiam, easque, bis intra annum publica Anatome habita, oculis ipsis exposuerit, jam Operationes Chirurgicas hodie adhuc usitatas proponet, & quanto felicius operari possit, qui exactam corporis humani notitiam per Anatomen sibi acquisiverit, ostendet. [...], Sommersemester 1666

[...] Privatim, quae de Medicamentis Officinalibus tradere incepit, absolvet., Sommersemester 1666

[...] Anatomica quoque exercitia [...] quam publice instituet, & si quae alia Auditoribus fuerint commoda., Wintersemester 1666/1667

[...] Anatomica quoque exercitia tam privatim [...] instituet, & si quae alia Auditoribus fuerint commoda., Wintersemester 1666/1667

Henricvs Meibomivs D. in Chirurgicis operationibus explicandis perget. [...], Wintersemester 1666/1667

Henricus Meibomius D. cum superiori semestri suas de Chirurgicis Operationibus lectiones ad finem perduxerit, nunc, anni temporis habita ratione, Plantas cognoscendi, earumque vires investigandi Methodum proponet. [...], Sommersemester 1667

[...] Privatim, quae in Historia partium corporis Humani exponenda restant, absolvet, pullique ex ovo generationem quotidianis dissectionibus ostendet: progressurus deinde ad alia exercita, auditorum usibus accommoda. [...], Sommersemester 1667

[...] Disputabit quoque de materiis quibusdam Physiologicis selectioribus., Sommersemester 1667

Henricvs Meibomivs D. inchoatas de Plantarum facultatibus lectiones absolvet. Quae de historia & usu partium humani corporis hactenus tradidit, publice examinanda proponet. [...], Wintersemester 1667/1668

[...] Domi suae Compendium aliquod Artis Medicae explicabit., Wintersemester 1667/1668

Henricvs Meibomivs D. quae de Structura partium, earumque morbis proponere coepit, continuabit, [...], Sommersemester 1668

[...] Disputationes quoque de historia & usu partium absolvet. [...], Sommersemester 1668

[...] Domi suae Artis Medicae fundamenta per compendium, ut coepit, tradet, iisque absolutis ad alia, discentium profectui accommodata, progredietur., Sommersemester 1668

[...] Publicas cadaverum sectiones, occasione data, diligenter instituet., Wintersemester 1668/1669

[...] Disputationibus Physiologicis ad finem perductis, alias inchoabit. [...], Wintersemester 1668/1669

[...] Quae hactenus domi suae ad Sennerti Epitomen Institutionum commentatus est, examini

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

subjiciet. Cumque non paucos ex Auditoribus suis Chemiae amatores esse deprehendat, ad praecipuas operationes Chemicas domi suae eos manuducet. [...], Wintersemester 1668/1669

Henricvs Meibomivs D. partium humani corporis omnium historiam & usum breviter, morbos vero susius, ut hactenus fecit, publicis lectionibus proponet. [...], Wintersemester 1668/1669

Henricvs Meibomivs D. publice Historiam capitis breviter proponet, deque ejus affectibus pluribus continuabit. [...], Sommersemester 1669

[...] Domi quoque suae in Anatomicis, Chemicis, Practicis exercitiis perget., Sommersemester 1669

Henricvs Meibomivs D. Pathologiam Capitis absolvet, & dein Sensuum Externorum organo, quaeque illis praeter naturam accidant, explicabit. [...], Wintersemester 1669/1670

[...] Disputationes quoque Pathologicas publice continuabit, & , simulac Chemicis laboribus finem imposuerit, alia exercitia domi sua instituet., Wintersemester 1669/1670

[...] Domi suae Collegium Practicum , & Lectiones in Aphorismos Hippocratis continuabit. [...], Sommersemester 1670

Henricvs Meibomivs D. in reliquarum, quae adhuc supersunt, partium humani corporis historia, usu & morbis tradendis perget. [...], Sommersemester 1670

Henricvs Meibomivs D. in partium externatum consideratione Physiologica Pathologicaque perget, & doctrinam de Tumoribus pluribus tradet. [...], Wintersemester 1670/1671

[...] Publice quoque continuabit Pathologicas disputationes, domi vero, praeter Practicum Exercitium, Physiologiam disputando pertractabit., Wintersemester 1670/1671

Henricvs Meibomivs D. Absoluta Pathologia, de Plantis, quae vel sponte in vicinia proveniunt, vel in hortis nostris coluntur, iis praesertim, quae usui Medico serviunt, differet, eo ordine, quo e terra nascuntur, daturus operam, ut & notitiam stirpium & usum eorum Medicum simul sibi acquirant Auditores. [...], Sommersemester 1671

[...] Disputationes Pathologicas publice continuabit. [...], Sommersemester 1671

[...] Domi suae Lectiones Chirurgicas instituet, & cum nuperrime praestantissima chirurgica Instrumenta, quae in usu hodie sunt, in Gallia & Belgio non levi sumptu parari sibi fecerit, eorum usum & adhibebendi modum ostendet. [...], Sommersemester 1671

[...] In tyronum gratiam Epitomen Institutionum Sennerti explicabit, caeptas autem Physiologicas Disputationes, ut & Collegium Consultatorium continuabit., Sommersemester 1671

[...] Domi suae Chirurgicas lectiones absolvet, Practicum Exercitium continuabit, & Medicinae Institutiones in gratiam tyronum explicabit., Wintersemester 1671/1672

Henricvs Meibomivs D. perget in Plantarum Officinalium historia, usu & praeparatione explicandis. [...], Wintersemester 1671/1672

Henricvs Meibomivs D. de Mineralium, Metallorumque in Medicina usu & praeparationibus differet: [...], Sommersemester 1672

[...] domi vero suae ad ipsas ἐγχειρήσεις Chemicas & tam metallorum mineraliumque, quam vegetabilium subtiliores praeparationes cupidos manuducet. Non cessabit quoque in Tyronum gratiam Institutiones Medicas explicare, alijs vero ad Practica exercitia, privata opera, praeire. , Sommersemester 1672

[...] domi vero suae Institutiones Medicas porro praeleget, & alia exercitia tam Theoretica, quam Practica continuabit., Wintersemester 1672/1673

Henricus Meibomivs D. de particularibus quibusdam Adfectibus, quorum & cognito difficilior & caussae abstrusiores, plenius aget, [...], Wintersemester 1672/1673

[...] Lectiones ad Institutiones Sennerti absolvet domi suae, & Practica Chemicaque exercitia instituet., Sommersemester 1673

Henricvs Meibomivs D. ea, quae de Abscessibus Internis dicenda supersunt absolvet, & dein Chirurgicas Operationes omnes fusius exponet, Instrumentorumqum Chirurgicorum usum demonstrabit. [...], Sommersemester 1673

Henricvs Meibomivs D. Lectiones Anatomico Chirurgicas, quas nuper coepit, publice continuabit. [...], Wintersemester 1673/1674

[...] Domi vero suae Exercitia Practica, Chemica, ut & Anatomica in eorum, qui desiderabutn, gratiam instituet., Wintersemester 1673/1674

Henricvs Meibomivs D. in Chirurgia juxta humani corporis partes, quarum simul historiam succincte tradet, explicanda perget. [...], Sommersemester 1674

[...] Domi suae Practica Exercitia in provectiorum, Anatomica & Institutionum Collegia in tyronum gratiam instituet., Sommersemester 1674

Henricvs Meibomivs D. quae de Operationibus Chirurgicis in corpore nostro instituendis differere coepit, absolvet, ipsius partis, in qua operatio instituenda, historia prius proposita. [...], Wintersemester 1674/1675

[...] Domi suae Exercitia Practica, ut & lectiones ad Epitomen Institutionum Sennerti continuabit., Wintersemester 1674/1675

Henricvs Meibomivs D. Physiologiam publicis lectionibus proponet & eorum, quae alias docuit, examen instituet. [...], Sommersemester 1675

[...] Domi suae Institutiones Medicas explicare perget, & simulac Magistratum deposuerit, ad alia exercitia, Practica imprimis, iterum progredietur., Sommersemester 1675

[...] domi vero suae non tantum Lectiones ad Institut. Medic. Sennerti continuabit, sed etiam in Anatomicis manu & voce praeibit, provectioresq; ad Praxin, more sibi consueto, manuducet., Wintersemester 1675/1676

Henricvs Meibomivs D. quae de Chirurgicis operationibus in Capite instituendis dicenda supersunt, intra mensis spatium absolvet. Deinde, ut tyronibus pariter satisfaciat, & iis, qui jam in Arte Medica aliquem profectum habent, publice quidem Methodum Medendi Generalem explicabit, [...], Wintersemester 1675/1676

Henricvs Meibomivs D. Methodum Medendi publice tradet. [...], Sommersemester 1676

[...] Domi suae auditorum usibus, ceu hactenus fecit, se accommodabit, & tam Physiologica, quam Pathologica & Practica quoque tractabit., Sommersemester 1676

Henricvs Meibomivs d. in Methodo ad Praxin proponenda publice perget. [...], Wintersemester 1676/1677

[...] Domi suae Anatomica porro urgebit & quaecunque usui Studiosorum proficua intellexerit, exercitia qua Theoretica, qua Practica instituet., Wintersemester 1676/1677

Henricvs Meibomivs D. Postquam Methodum Medendi absolvit, Materiam Medicam omnem considerabit, breviter tamen, & quantum ad usum Artis sufficit. [...], Sommersemester 1677

[...] Domi suae Physiologica, Pathologica, Practica tractabit, Auditorum profectui se accommodaturus., Sommersemester 1677

Henricvs Meibomivs. D. Materiam Medicam publice porro explicabit, & quomodo tam simplicia, quam composita in usum trahi debeant, ostendet. [...], Wintersemester 1677/1678

[...] Domi suae, ut hactenus, ita imposterum profectui auditorum se accommodabit, & Collegia, tum

Theoretica, tum Practica, continuabit., Wintersemester 1677/1678

[...] Domi suae Institutiones Medicas, ut & Practica Exercitia continuabit. [...], Sommersemester 1678

[...] De selectis quoque materijs varias disputationes publice habebit., Sommersemester 1678

Henricus Meibomius D. Materiam Medicam publice eo, quo caepit modo, pertractabit, in singulis medicamentis eas potissimum Facultates considerando, quae a toto temperamento dependent, & experientia duc innotescunt. [...], Sommersemester 1678

Henricvs Meibomivs D. Materiam Medicam publice porro explicabit: [...], Wintersemester 1678/1679

[...] domi vero suae Exercitia Pathologica & Practica continuabit, & in gratiam Tyronum, Institutiones Medicas commentando illustrabit., Wintersemester 1678/1679

[...] alios ad Praxin manuducet, & publicis disputationibus exercebit., Sommersemester 1679

[...] Domi Tyronibus Institutiones Medicas explicabit: [...], Sommersemester 1679

[...] Domi suae Res a Caroli M. Imperio ad nostra usque tempora in Europa praeclare gestas exponet., Sommersemester 1679

Henricus Meibomius D. Historicas suas lectiones publicas a C. Julii Caesaris temporibus inchoabit, & Romani Imperii sub primis Caesaribus amplitudinem, sub sequentibus decrementum, divisionem deinde in orientale & occidentale, devolutionem denique ad Germanos ex side dignis monumentis exponet: adductis imprimis iis, quae ad Reip. constitutionem, belli & pacis negotia, provinciarumque acquisitionem aut jacturam pertinent, aut alias majoris momenti sunt. [...] Docet hora III., Sommersemester 1679

Henricus Meibomius D. Perget, ut caepit, partis cujuslibet in corpore nostro naturalem & praeternaturalem constitutionem exponere, & ita simul Physiologiam & Pathologiam tradere, ut mutuo sese illustrent. [...], Sommersemester 1679

[...] domi suae illa additurus, quae post Carolum M. in Germania & vicinis Regnis gesta sunt., Wintersemester 1679/1680

Henricus Meibomius, in publice tradenda Historia Augusta eo, quem nupero Programmate significavit, modo perget, [...] Docet hora tertia., Wintersemester 1679/1680

[...] domi vero suae Institutionum Medicarum explicationem continuabit, & alia ad juventutis profectus accommodata exercitia instituet., Wintersemester 1679/1680

Henricus Meibomius D. In tradenda Physiologia pariter & Pathologia, ut se mutuo illustrent, publice perget: [...], Wintersemester 1679/1680

Domi suae ad Recentiorum & proximorum seculorum historiam, & res Saxonicas imprimis, volentibus praeibit., Sommersemester 1680

Henricus Meibomius in Caesarum Romanorum historia tradenda eo, quo caepit, modo perget. [...] Docet hora tertia., Sommersemester 1680

Henricus Meibomius. In Lectionibus suis Physiologico-Pathologicis eo, quo coepit, modo perget; cum tamen, instituta nuper publica Corporis Foeminini Anatome, de singulorum viscerum historia pleraque, de actione & usu etiam non pauca, tradiderit, in Physiologicis explicationibus brevior imposterum, Pathologicis plus temporis impendet. Ex his vero Lectionibus suis de potissimis quoque capitibus conscriptas theses examini publico subjicet., Sommersemester 1680

Henricus Meibomius D. in Physiologia cum Pathologia conjunctim tradenda perget, &, post historiam Partium Muliebrium, de Morbis Uterinis, & Symptomatibus omnia plenius exponet., Wintersemester 1680/1681

Domi suae, primo trimestri, Chemica docebit, & in accommodato jam Laboratorio ipas Operationes

cum omni εγχειρισει oculis subjicet [...]., Wintersemester 1680/1681

[...] altero vero, Chirurgiam tradet, singulasque operationes usitatas proponet, & instrumenta ad eas necessaria ostendet., Wintersemester 1680/1681

Privatim quoque ad Recentiorem, & nostri temporis, Germania praesertim, vicinorumque Regnorum, historiam, volentibus praeibit., Wintersemester 1680/1681

Henricus Meibomius In Historia Caesarum Romanorum tradenda publice perget. [...] Docet hora III., Wintersemester 1680/1681

Henricus Meibomius Historiam rerum in Europa, potissimum tamen Germania gestarum vero Historiam a Carolo IV. publice tradet. [...] Docet hora III., Sommersemester 1681

[...] Domi vero Historiam a Carolo IV. ad nostra usque tempora, edito in eam rem Breviaro Historiae Germanicae, proponet., Sommersemester 1681

Henricus Meibomius D. In Pathologia & Physiologia simul tradenda perget, [...], Sommersemester 1681

[...] Domesticis quoque Exercitiis in usum Studiosorum vacabit, eosque non tantum porro ad Chemicas εγχειησεις manuducet, ceu nuper caepit, sed etiam, ubi per Vice-Rectoratus negotia licuerit, Chirurgica tradet., Sommersemester 1681

Domi quoque suae, si Auditorum numerus non defuerit, recentissimam historiam explicabit., Wintersemester 1681/1682

Henricus Meibomius. Postquam Imperatorum ex Carolina progenie absolvit, & jam ad Ottones, translatumque ad Saxones Imperium, pervenit, illorum cum in omni Germaniae parte, tum potissimum in vicinioribus nobis Provinciis, res gestas, exortorumque his temporibus novorum Episcopatuum & Ducatuum, qui hodieque durant, historiam fusius exponet. [...] Docet hora III., Wintersemester 1681/1682

Privatis quoque scholis discentium desideriis satis faciet., Wintersemester 1681/1682

Henricus Meibomius D. Simulac publicam faeminini corporis Anatomen, in qua occupatur, absolvereit, Dissertationes suas de Morbis Malignis, Contagiosis, & Pestilentibus continuabit., Wintersemester 1681/1682

[...] Petentibus quoque Chirurgica domi meae tradam., Sommersemester 1682

[...] In domestico Auditorio Consultationes de certis, ut loquimur, casibus instituam, & ita particularibus exemplis, conpendiosiore via, ad Praxin tyrones manuducam. [...], Sommersemester 1682

Henricus Meibomius D. Praemissa nuper, & ad finem deducta Isaogead Praxin Medicam, jam ipsam aggrediar, & post pauca in genere exposita, specialem Morborum Curationem, ex propriis potissimum observationis, tradam. [...], Sommersemester 1682

Domi suae Studiosorum desideriis se accommodabit, & quaedam etiam ad Historicam Germanicam Saxoniamque facientia publicae luci exponet., Sommersemester 1682

Henricus Meibomius Historiam Germanicam publicis lectionibus usque ad Friedericos Caesares deductam porro continuabit, eadem, qua coepit, methodo, ut scilicet notabiles in Republica mutationes, & novorum Principatuum exortus, terrarumque ad alias Familias translationes factas fusius pleniusque explicet., Sommersemester 1682

Henricus Meibomius in Historia Caesarum, qui post Carolum IV. fuerunt, enarranda perget, & quo proprius ad nostra tempora pervenerit, eo plenius omnia, additis etiam brevibus Principium hodieque regnantium Genealogis, exponet, & luculentius declarabit. Docet hora tertia., Wintersemester 1682/1683

Henricus Meibomius D. Simulac Anatomen Corporis Virilis, qua nunc occupatur, absolverit, ad Therapeuticas Lectiones revertetur, & de Purgatione recte instituenda, potissimisque Purgantibus Medicamentis differet., Wintersemester 1682/1683

Henricus Meibomius Historiam Rerum sub Augg. Rudolpho II. Matthia & Ferdinandis gestarum tradet, inque ea, quomodo, praeviis variis intestinis motibus, tricennale tandem Germaniae bellum exponet. Noa etiam ad Germaniae, & Saxoniae imprimis, historiam pertinentia, rarioris argumenti, publicabit. Docet hora tertia., Sommersemester 1683

Henricus Meibomius D. Doctrinam de Febribus, & earum curatione, quam hoc anno auspicatus est, exponere continuabit., Sommersemester 1683

Domi quoque suae Practica Consultatoria Exercitia instituet., Sommersemester 1683

Henricus Meibomius D. Simulac doctrinam de Febribus, in qua jam occupatur, ad finem perduxerit, ad Capitis Affectuum considerationem curationemque progredietur., Wintersemester 1683/1684

In domestico quoque Auditorio, vel Lectionibus Chirurgicis, vel aliis Practicis, petentium desideriis satisfaciet., Wintersemester 1683/1684

Henricus Meibomius D. Simulac absolverit ea, quae de Vulnerum Capitis curatione dicenda restant, ad alios Cephalicos Adfectus progredietur. [...], Sommersemester 1684

[...] Privata quoque opera, quae de Chirurgicis operationibus tradere coepit, continuabit., Sommersemester 1684

[...] Domi suae Historiam ultimorum seculorum, a Carolo sc. IV. ad nostra tempora, explicabit., Sommersemester 1684

Henricus Meibomius ubi, quae de novissimis Europae motibus dicenda restant, absolverit, Historiam Romanorum Caesarum iterum publice exponet, nova tamen methodo. [...] Docet hora III., Sommersemester 1684

Henricus Meibomius Imperatorum Romanorum historiam , a Julio Caesare ad Justinianum vel Heraclium usque, publice explicabit, nova plane ratione, abdhibitis scilicet Nummis illius aevi, ex quorum inscriptionibus & figuris, tanquam indubitatis monumentis, res maxime memorabiles ab illis gestas exponet, uti prolixius Programmate in eam rem edito declaravit. Docet hora III., Wintersemester 1684/1685

Henricus Meibomius D. Perget in explicandis gravissimis capitis affectibus, & modum curandi imprimis, juxta aliorum tradita, & proprias observationes proponet. [...], Wintersemester 1684/1685

[...] Domi suae provectioribus, artis usum discere cupientibus, nunquam deerit., Wintersemester 1684/1685

Henricus Meibomius D. De gravissimis capitis morbis differere perget, eorumque curationem pluribis exponet [...]., Sommersemester 1685

[...] provectiores quoque privatis exercitiis ad Praxin Medicam manuducet., Sommersemester 1685

Henricus Meibomius in Historia Romonorum [sic!] Imperatorum ex certissimis monumentis explicanda & illustranda perget, &, simul, ac magistratu se abdicaverit [...]. Docet hora II., Sommersemester 1685

[...] privatis quoque scolis ad Historiam Recentiorem juventutem manuducet., Sommersemester 1685

Henricus Meibomius D. de gravissimis Capitis morbis porro differere perget, eorumque curationem plenius exponet [...]., Wintersemester 1685/1686

[...] privatis quoque exercitiis Provectioribus ad Praxin Medicam praeiturus., Wintersemester 1685/1686

Henricus Meibomius in Historia Romanorum Impp. II. & III. seculi Christiani explicanda, & antiquissimis monumentis illustranda publice perget [...]. Docet hora III., Wintersemester 1685/1686

[...] domi vero novissimorum seculorum historiam tractabit., Wintersemester 1685/1686

Henricus Meibomius Lectionibus in Taciti Germaniam antiquam, veterem Patriae nostrae faciem, qualis illa usque ad Caroli M. aevum fuit, exponet: Deinde ad Recentiorum Historiam explicandum progredietur. Docet hora tertia., Sommersemester 1686

Henricus Meibomius D. Affectuum Pectoris, qua acutorum, qua Chronicorum, curationem accurate & ex propriis observationibus, publicis lectionibus tradet., Sommersemester 1686

Domi quoque suae Provectiores, propositis Historiis Medicis, ad usum ipsum Artis manuducere porro perget., Sommersemester 1686

[...] domi vero ad praxin Medicam particularibus historiis propositis eos, quorum profectus major est, manuducet., Wintersemester 1686/1687

Henricus Meibomius D. Publicis Lectionibus Pectoris affectuum cognitionem & curationem proponet; [...], Wintersemester 1686/1687

Henricus Meibomius D. De Pectoris Affectibus curandis, quae restant, absolvet, [...], Sommersemester 1687

[...] domi suae Exercitia Practica continuabit., Sommersemester 1687

Henricus Meibomius. Quantum per impedimenta Magistratus, quem gerit, licuerit, Historia Saxoniae juxta nuper editam Introductionem illustrare perget. Docet hora tertia., Sommersemester 1687

Henricus Meibomius D. Quae de Pectoris Morborum curatione dicenda supersunt, absolvet, & deinde ad Abdominis morbos pari methodo perget. [...], Wintersemester 1687/1688

[...] Domi etiam non cessabit illos, qui majoris sunt profectus, ad praxin ipsam exemplis manuducere, [...], Wintersemester 1687/1688

[...] & in rarioribus argumentis disputando volentes exercere., Wintersemester 1687/1688

Henricus Meibomius in Saxoniae Historia explicanda perget, & Episcopatuum in ea originem, progressus, & seculorum decursu factas mutationes & hodiernum statum pluribus exponet. Docet hora III., Wintersemester 1687/1688

Henricus Meibomius, Ubi ea, quae de Inferioris Saxoniae Episcopatuum & Principatuum historia dicenda restant, absolverit, [...] Docet hora III., Sommersemester 1688

[...] Generalem duorum ultimorum Seculorum civilem Historiam explicabit. Docet hora III., Sommersemester 1688

Henricus Meibomius D. In tradenda Morborum Infimi Ventris curatione pergam publice: [...], Sommersemester 1688

[...] domi vero Chirurgiam docebo, & operationes magis insignes, & Instrumentorum adhibendorum modum explicabo & ostendam., Sommersemester 1688

Henricus Meibomius D. In Morbis particularibus, & quidem inferioris adhuc ventris, exponendis, eorumque methodica curatione, hac hyeme occupabitur. [...], Wintersemester 1688/1689

[...] Domi quoque suae Operationes Chirurgicas, in corpore humano usitatas explicabit, & , productis instrumentis, ἐγχείρησιν ipsam, quantum licet, ostendet. [...] , Wintersemester 1688/1689

[...] De selectis quoque materiis quibusdam publice disputabit., Wintersemester 1688/1689

Henricus Meibomius. Archiepiscopatuum & Episcopatuum Saxoniae Inferioris historiam brevi

absolvet, pregressurus tum ad Ducatus illius enarrandos. Docet hora tertia., Wintersemester 1688/1689

Henricus Meibomius D. In Morborum Abdominis explicatione perget, modumque illos curandi, ex aliorum, propriisque observationibus, exponet., Sommersemester 1689

Domi suae Chirurgicas operationes explicare, & cum instrumentis ἐγχειρήσεις ipsas monstrare perget., Sommersemester 1689

Henricus Meibomius. In exponenda Historia Anglicana, ceu novissime coepit, perget, ad recte intelligendas res illas, qua hodie, in tribus Regnis, geruntur. Docet hora III., Sommersemester 1689

Henricus Meibomius D. Publicis Lectionibus singulorum morborum Curationem porro tradet, & quae de Abdominis morbis restant, hac hyeme absolvet., Wintersemester 1689/1690

Domi verso suae Methodum Medendi tradet., Wintersemester 1689/1690

Henricus Meibomius. Quae de rebus Anglicis, lucem magnam iis, quae hodie fiunt, & expectantur, afferentibus explicanda restant, porro proponet, dein ad Germanicam Historiam regressurus. Docet hora III., Wintersemester 1689/1690

Henricus Meibomius D. Morborum infimi ventris curationem non tantum absolvet hoc semestri, sed etiam ad morbos externos progredietur., Sommersemester 1690

Domi quoque suae adultiorum profectus Consultatorio collegio promovebit., Sommersemester 1690

Henricus Meibomius Principium Saxonium pene ad finem deductam historiam ubi absolverit, ad Romanam iterum accedet, & ea explicabit, quae sub Imperatoribus a Julio Caesare usque ad Heraclium contigerunt: utque majori accuratione & certitudine ea explicentur, jucundis proponantur, feliciusque retineantur, & nihil antiquitatis curiosos lateat, ex aureis, argenteis, aereisque Nummis suis, priscae historiae indubitatis monumentis eorumque figuris & inscriptionibus maxime momorabilia declarabit. Docet hora tertia., Sommersemester 1690

Henricus Meibomius D. In curatione Morborum exponenda perget, & nunc, ordine ita jubente, de Partium Generationi inserventium in utroque sexu morbus aget, iisque medendis remedia proponet., Wintersemester 1690/1691

Domi quoque suae eos, qui ulterioris sunt profectus, ad Praxin, singularibus exemplis, manuducet., Wintersemester 1690/1691

Henricus Meibomius Historiam Imperatorum Romanorum a Julio Caesare ex antiquis monumentis, & superstitibus Nummis tradere coepit, in quo utile pariter & jucundo labore continuabit. Docet hora III., Wintersemester 1690/1691

Henricus Meibomius D. in morbis mulierum, gravidarum & non gravidarum, explicandis hoc semestri occupabitur. [...], Sommersemester 1691

[...] Domi suae eos, qui majoris jam sunt profectus, ad Praxin manuducet., Sommersemester 1691

Henricus Meibomius Impp. Romanorum Historiam, quam ad Constantinum Magnum usque pene deduxit, porro continuare, & eadem qua coepit methodo, adhibitis illius aevi Nummis, illustrare perget. Docet hora III., Sommersemester 1691

Henricus Meibomius D. Doctrinam de morbis qui omnibus faeminis communes sunt, brevi absolvet, progressurus deinde ab morbos praegnantibus & puerperis proprios. [...], Wintersemester 1691/1692

[...] Domi suae provectiores ab. Praxin Medicam per exempla manuducet: nec etiam deerit iis, qui ab recte faciendas cadaverum inspectiones & relationes ab iubicem , jubiciaque recte ferenda, informari cupient., Wintersemester 1691/1692

Henricus Meibomius Historiam Germanicam a Carolo M. juxta seriem temporum ad nostra usque proponet, & quidem ita, ut quid in mutationibus Imperiorum, novorumque Principatuum exortibus aliisque maxime memorabilibus rebus contigerit, breviter exponat, dein vero ad Historicos, qui de illis plenius egerint, remittat, deque iis judicium ferat, & optimas quasque editiones ostendat, ut dien ipsi, quando libuerit, res cum deditis circumstantiis, (quas omnes enarrare, nimis prolixum foret, cum tamen sine illis Historia ad civilem usum parum faciat) fusius legere, & ex ipsis fontibus cognoscere possint. Docet hora tertia., Wintersemester 1691/1692

Henricus Meibomius D. Doctrinam de Morbis Mulierum, eorumque recta curatione, absolvet, & deinde de Morbis Puerilibus, qui scilicet illi aetati magis proprii sunt, differet., Sommersemester 1692

Domi suae eos, qui majoris profectus sunt, omnibus facilioribus modis ad ipsum Praxeos Medicae exercitium manuducet., Sommersemester 1692

Henricus Meibomius. Quod praeterito semestri propter valetudinem adversam non licuit, a Carolo M. ad nostra usque tempora Germanicam Historiam proponet: succincte quidem, ita tamen, ut circa graviora & ad mutationes Reipubl. pertinentia argumenta, fontes ipsos, ex quibus plenius omnia peri possint, indicet, Historicos optimos monstret, deque illorum dexteritate & fide differat, quo, in tanta Historiae amplitudine, quilibet materiam, quam accuratius nosse desiderat, ex suis locis indagare, & veritatem ipse cum omnibus circumstantiis (sine quibus ad prudentiam Historia nihil facit) eruere pro lubitu possit: uti pluribus Programmate publico expositum est. Docet hora IIII., Sommersemester 1692

[...] tanto diffusioribus dissertationibus, quo ad nostra tempora accedet propius., Wintersemester 1692/1693

[...] Privatas Exercitationes, circa particularium morborum historias, ea, qua coepit, methodo continuabit., Wintersemester 1692/1693

Henricus Meibomius. In Historia Germanicorum Impp. explicanda hac hyeme perget: [...] Docet hora III., Wintersemester 1692/1693

Henricvs Meibomius D. Postquam omnium Internorum Morborum corporis humani curationem tradidit, jam de Externis morbis, partim Medicam , partim Chirurgica ope, curandis hac hyeme aget. [...], Wintersemester 1692/1693

Henricus Meibomius D. Morborum Externorum curationem porro tradere publice perget [...]., Wintersemester 1693/1694

Domi vero suae auditorum desideriis in hac vel illa Medicinae parte illustranda se accommodabit., Wintersemester 1693/1694

Henricus Meibomius. Postquam ea quae de superiori seculo adhuc dicenda restant, absolverit, hujus quod vivimus, seculi historiam plenius exponet, & statim proncipio, quomodo sub cineribus per aliquot annorum decades latens ignis in Bohemia tandem eruperit, & universam Germaniam tricennali bello vastarit, ex idoneis Scirptoribus, publicisque Actis, declarabit. Docet hora III., Wintersemester 1693/1694

Henricus Meibomius D. In explicandis partium externarum morbis publice perget [...]., Sommersemester 1694

[...] domi vero suae desideriis Auditorum se accommodabit, & ad Praxin Medicam eos, quorum profectus majores jam sunt, manuducet., Sommersemester 1694

Henricus Meibomius in explicanda hujus seculi, & quidem Germanici belli, quod per totos triginta annos patriam nostram afflixit, historia, quam nuper coepit, explicanda & illustranda perget. Docet hora III., Sommersemester 1694

Henricus Meibomius D. post absolutam de Vulneribus doctrinam, de Ulceribus Fistulisque, cum in genere, tum in specie, aget., Wintersemester 1694/1695

Domi suae a tironiciniis Artes ad ipsum ejum exercitium petentes manuducet., Wintersemester 1694/1695

Henricus Meibomius. Belli Germanici tricennalis historiam ad mortem Gustavi Sveciae Regis deductam hac hyeme continuabit usque ad Pacem Osnabrugensem, ejusque Instrumentum pluribus dilucidabit., Wintersemester 1694/1695

Henricus Meibomius D. In Externorum morborum explicatione ad Fracturas offium pervenit, quas hoc semestri explicabit, optimumque eas curandi modum tradet; ad Luxationes dein progressuras. [...], Sommersemester 1695

[...] Disputabit aliquoties publice., Sommersemester 1695

Henricus Meibomius. In Historia Saxoniae Inferioris explicanda perget, variasque in Episcopatibus & Principatibus factas mutationes, Regentiumque succesiiones epxonet, Urbiumque etiam origines, incrementa & decrementa enarrabit. Docet hora III., Sommersemester 1695

Henricus Meibomius D. De Fracturis offium & Luxationibus recte cognoscendis & curandis differet. [...], Wintersemester 1695/1696

[...] Domi suae fundamenta Artis Medicae explicare perget., Wintersemester 1695/1696

Henricus Meibomius. In Historia Inferioris Saxoniae de Episcopatibus & Principatibus ejus Urbibusque porro differendo perget. Docet hora tertia., Wintersemester 1695/1696

Henricus Meibomius D. Postquam doctrinam de Externorum morborum curatione absolvit, jam, ut illa perfectior fit, Chirurgicas operationes maxime conspicuas & utiles, juxta Cl. Hornii in Microtechne ductum, exponet, & simul Chirurgica Instrumenta, cumque iis operandi modum, ostendet., Sommersemester 1696

Domi suae Methodum Medendi tradet_.., Sommersemester 1696

Henricus Meibomius. Post traditam Archiepiscopatuum & Episcopatuum Inferioris Saxoniae historiam, jam ad Principatus ejusdem progredietur, & primam eorum originem, mutationes subsecutas, variasque Principuum successiones exponet. Docet hora tertia _., Sommersemester 1696

Henricus Meibomius D. Operationum Chirurgicarum omnium accuratam explicationem, uti coepit, hoc semestri continuabit, optimaque Instrumenta Chirurgica, quaque ἐγχειρήσει tractanda sint, monstrabit., Wintersemester 1696/1697

Illis vero, qui ad Praxin Manuductionem desiderant, etiam domi suae non deerit., Wintersemester 1696/1697

Henricus Meibomius In Principum Saxoniae Historia, quo proprius ea nos tangit, fusius enarranda magnam semestris hujus partem occupabitur, ad alia dein progressurus., Wintersemester 1696/1697

Henricus Meibomius D. in Operationibus chirurgicis explicandis, quantum per Magistratus Academici, quem gerit, negotia licuerit, perget., Sommersemester 1697

Henricus Meibomius Quantum per occupationes Magistratus Academici, quem gerit, licuerit, in explicanda Principum Saxoniae Inferiores historia perget. Docet publice hora III., Sommersemester 1697

Henricus Meibomius D. Lectiones suas Chirurgicas continuabit, & quomodo commodissimis instrumentis Operationes Chirurgicae cito & tuto fieri possint, ostendet., Wintersemester 1697/1698

Domi suae Methodum Medendi Generalem explicabit., Wintersemester 1697/1698

Henricus Meibomius Superioris Seculi XVI historiam loculenter exponet, a Maximiliani I rebus gestus initium facturus, illis tamen tantum, quae ad Germaniae nostrae insignes isto in seculo mutationes pertinent, fusius explicatis., Wintersemester 1697/1698

Henricus Meibomius D. Lectiones suas de Operationibus Chirurgicis hoc anno, Deo volente, ad finem perducet. [...], Wintersemester 1698/1699

[...] Dein Methodum Medendi, particularibus exemplis illustratam, tradet, usui & profectibus Auditorum ubique se accommodaturus., Wintersemester 1698/1699

Henricus Meibomius post perductam ad finem Caroli V. historiam, ea, quae sub Ferdinando I., Maximiliano II, Rudolpho II & Matthia, in Germania acta sunt, & quomodo sensim se ad illud tricennale Germaniae bellum omnia disposuerint, ex idoneis monumentis explicabit. Docet hora III., Wintersemester 1698/1699

Henricus Meibomius Postquam historiam Germanici belli ad usque Regis Sveciae obitum perduxit, reliquam eodem modo usque ad Pacificationem Osnabrugensem exponet, mutationemq[ue]; in multarum terrarum possessionibus per illam pacem factam plenius explicabit. Docet hora tertia., l

## Dissertationen (2)

De Friderici, Ducis Brunsvic. Et Lynaeb. In Imperatorem Romanum Electione Dissertatio Historica, 31.10.1682

De Metallifodinarum Hartzicarum Prima Origine Et Progressu Et Quomodo Ad Sereniss. Brunsvic. Et Lynaeb. Duces A. MCCXXXV. Pervenerint Dissertatio Historica, 06.03.1680. VD17 23:247224K

## Beteiligung an Dissertationen (7)

Opponent in: Johann Werlhof (Präses): De Pactis Liberarum Gentium Dissertatio, 31.07.1691. VD17 23:234862M

Respondent in: Eichel Johannes (Präses): De Fundamentis Peripateticorum Quibus Aristoteles Doctrinam De Moribus Superstruxit, Nec Non Stoicorum Et Aliorum Recentiorum Inter Se Collatis Disputatio Moralis, 02.05.1657. VD17 14:026386D

Respondent in: Johann Eichel Edler von Rautenkron (Präses): De Fvndamentis Peripateticorvm Qvibus Aristoteles Doctrinam De Moribus Superstruxit, Nec Non Stoicorvm Et Aliorvm Recentiorum Inter Se Collatis Disputatio Moralis, 02.05.1657

Respondent in: Valentin Heinrich Vogler (Präses): Exercitationum physiologicarum III, 1659

Respondent in: Hermann Conring (Präses): De incubatione in fanis deorum medicinae causa olim facta Exercitatio philologico-medica, 31.07.1659. VD17 547:630008R

Respondent in: Jakob Tappe (Präses): De hydrophobia Disputatio medica, 31.08.1659. VD17 23:238719U

Respondent in: Johann Eichel (Präses): De fundamentis peripateticorum quibus Aristoteles doctrinam de moribus superstruxit necnon stoicorum et aliorum recentium inter se collatis, 02.05.1657. VD17 14:026386D

## Reden und Programme (15)

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Viri Plurimum Reverendi Clarissimique Dn. Melchioris Schmiedii ..., 28.03.1697. VD17 23:263301T

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Exequiis Iuvenis doctrina ac pietate Eximii Dn. Joh. Balthasaris Heinemanni Philosophiae & SS. Theologiae Studiosi, 27.02.1693. VD17 23:262231C

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Reverendi & Clarissimi Viri Dn. Joh. Alberti Heinemanni Ecclesiae Wefelingianae Diaconi devoti. VD17 23:262218T

Heinrich d. J. Meibom: De Divi Iulii Ducis Brunsv. Et Lyneburg. Fundatoris Academiae Iuliae Posteritate in Masculis quidem extincta, sed per Faeminas in Nepotibus florescente Oratio. VD17 23:234217K

Heinrich d. J. Meibom: Programma Publicis In Taciti Germaniam Lectionibus Praemissum. VD17 23:258485Z

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Maxime Reverendi, Amplissimiq[ue] Viri Dn. Gerhardi Titii SS. Theol. Doctoris & Professoris celeberrimi Facultatis Theologicae Senioris. VD17 23:321388D

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Honestissimae Matronae Gesae Bornemanniae Viri Perquam Reverendi Doctissimique Dn. Petri Cannemanni Phil. Et Opt. Art. Mag. Et In Hoc Loco Archidiaconi Quondam Meritissimi Relictae Viduae P.P., 20.03.1681. VD17 23:262020C

Heinrich d. J. Meibom: Oratio Divae Memoriae Serenissimi Principis Ac Domini Dn. Johannis Friderici Ducis Brunsvicensium Et Lynaeburg. VD17 23:231752M

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Nobilißimae & omni virtutum genere ornatißimae matronae Hedwigis Arends ... Dn. Henrici Hahnii ICti Celeberrimi, Codicis Prof. Primarii ... Relictae Viduae P.P. VD17 23:261201D

Heinrich d. J. Meibom: Divae Memoriae Serenissimi Principis Ac Domini Dn. Christiani Ludovici Ducis Brunsvicensium Et Luneburgensium Cum Exequiae Kalendis Novembris Anno MDCLXV Celebrarentur faciebat Henricus Meibomius. VD17 23:233031M

Heinrich d. J. Meibom: Nummorum Veterum In Illustranda Imperatorum Romanorum Historia Usus / Publico Programmate Historiarum Et Antiquitatis Cultoribus ostensus ab Henrico Meibomio. VD17 23:258545D

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Viri Plvrimvm Reverendi Clarissimiqve Domini Melchioris Smidii, SS. Theolog. Lic. Græcæ Linguæ ..., 28.03.1697

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Iuvenis Eximii Et Praestantissimi Dn. Gotfridi Conradi Vogleri Medicinae Candidati P.P., 24.06.1683. VD17 23:261307E

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Amplissimi & prudentissimi Viri Dn. Samuelis Meieri Consulis urbis huius per XXX. annos Optime meriti P.P., 21.02.1685. VD17 23:262083Q

Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Eximii Iuvenis Dn. Balthas. Friderici Schlikelmanni L.L. Studiosi P.P., 29.01.1693. VD17 23:262215V

## Beteiligung an Reden und Programmen (2)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma In Funere Viri Doctrina, Fama, Meritis, Illustris, Domini Henrici Meibomii, Medicinae Practicae, Historiarum & Poëseos Professoris Publici & Archiatri Guelphici, Anno Seculari MDCC Sub exordium D. XXVI. M. Martii Pie ac placide defuncti, 26.03.1700. VD17 39:101742T

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma In Funere Viri Doctrina, Fama, Meritis, Illustris, Domini Henrici Meibomii, Medicinæ Practicæ, Historiarum & Poëseos Professoris Publici & Archiatri Gvelphici, 18.04.1700. VD17 39:101742T

## Zitierhinweis

Prof. Heinrich d. J. Meibom. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-146-meibom [06.07.2026]